Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DCXXXVII. B. I

Comparatur per Collom. Knappen. v. f. 307. pag. ante f.
Scripsit per Joannem Egner de Krutt. v. f. II.

Benedictus episcopus servus servorum dei dilectis filijs sancti Spiritus de publicomonte
ppe Teodium et in Crutzlingen extra muros Constancien. monasteriorum abbatibus
salutem et apostolicam benedictionem. Paterne considerantes ad salubrem statum
ordinis seu religionis Sancti Augustini attentisque
dirigentes pro salute et prosperitate ipsorum pro habita deliberatione matura nonnulla
statuta edidimus et ordinationes fecimus que voluimus et mandauimus ad
ordinem seu religionem pertinentes futuris temporibus observari. Et quia in eisdem statutis
et ordinationibus inter alia duximus statuendum quod in ordine seu religione
prefata in singulis provincijs prius in ipsis ordinationibus nouiter statutis et
etiam designatis fiat de quadriennio in quadriennium provinciale capitulum
Abbatum et priorum Monasteriorum Abbates priores non habentium et etiam priorum
cathedralium ecclesiarum ordinis seu religionis ipsius seu alterius maioris in ipsis
ecclesijs episcopatum post antistites eorundem apud vnum de monasterijs eiusdem
ordinis ad hoc aptum vel si hoc fieri non posset apud alium locum ad hoc
congruum et securum de quo monasterio seu loco et die primi capituli huius
celebrandi et alijs ad id optime facientibus prouidere habent qui sup hoc
per sedem apostolicam forent deputati put inductis ordinationibus plenius continetur
vt hec executionem debite demandent. vos deque eorum sapientia industria
plenis in domino fiducia obtinemus ad exequenda premissa et alia in scriptis
in Colonien. Maguntinen. et Treueren. prouincijs quas quo ad celebrandum
hunc et in posterum huius prouinciale capitulum prouisionaliter voluimus et statuimus
reputari prouincia tenore presentium deputantes discretionem vestre auctoritate apostolica
committimus et districtius iniungimus vt pro celebrando hac prima vice huius
capitulo in dicta prouincia per nos ut premittitur designata alicuius monasterium
eiusdem ordinis seu religionis ad hoc aptum si in ea valeat reperiri
aliquem locum alium ad hoc congruum et securum et diem ad id etiam con-
gruum cum continuatione dierum sequentium eligentes Abbates priores et
alios prelatos ad huius capitulum conuocare curetis diem et locum predictos
eis per vestras litteras mandando intimantes per quos in ipso primo instanti capitulo
missa solempniter celebrari fructuosque conuenientibus ad dictum locum fieri
debeat prouide ordinando. Eodemque capitulo celebrato congregato sanctum
aliquas personas idoneas per ipsum capitulum eligi que dicto primo capitulo presideant
eaque faciant et adimplent que ex huius vestras ordinationes vel alias sue
per presidentes huius prouincialibus capitulis facienda statutaque et ordinationes
huius que vobis et dicto capitulo sub bulla vestra transmittimus in eod. capitulo

Liber sancte Marie virginis in Nemmburga claustralis